



DEMONSTRATIO.

Cum enim ex constructione sint kp & px , nec non cp & pb æquales: erunt etiam æquales kb & ax : ergo rectangulum sub kb & bx , idest sub ax & bx æquale erit quadrato bg , hoc est cd vel rectangulo sub pc & cq : ergo latera ax & bx lateribus pc & cq erunt reciproca, & proportionales pc . ax . bx . cq . Quod facere oportebat.

DETERMINATIO.

Possumus in constructione alteram partem ax iam pro parte maiore, iam pro minore accipere, unde aliquando problema talibus partibus construendum duas poterit solutiones admittere.

ALIA DEMONSTRATIO.

6.2.el. Quoniam ab divisa est bifariam in p , & ei adijcitur bx ,
 47.1.el. seu xa , erit rectangulum sub ax & bx cum quadrato pb
 æquale quadrato px , idest pg , seu quadratis pb & bg : ergo
 demp-